



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De poena Brunonis filij eius, cui in inferno propinatum est, cap. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

LIBER DVO DECIMVS.

statu predicti Brunonis, acceperunt ab eis, quod mortuus esset; de tempore autem sciscitantes, diem eundem inuenierunt, quo vocem predictam in Vulcano audierunt. Conradus vero non multo post factus est monachus in Bergis.

C A P V T X

Idem Bruno nominis sui filium reliquit, quem pleniū suis vitijs quam possessionibus hereditauit: erat enim, sicut & pater, avarus valde, pauperum exactor, & supra modum luxuriosus. Ipse est Bruno de Flittere, pincerna comitis de Monte; vix tres menses elapsi sunt quod mortuus est. In cuius obitu obsessa quædam à dæmone liberata, cum die quinta de novo vexaretur, dixerunt quidam ad diabolum: Dic nobis ubi fuisti, vel quare reuersus es? Respondit ille: Verè maximum postea habuimus festum, ad obitum Brunonis congregati fuimus ad instar pulueris terre, cuius animam cum gudio deducentes ad inferos, locauimus eam in sede debita, poculum infernale ei propinantes.

C A P V T XI.

Eodem tempore mortuus est in eadem prouincia alias miles Euerhardus nomine, & ipse vir criminosis sicut superior. Media nocte diabolus corpus erigens in feretro, cunctis qui aderant terrorem incussit, timens amici eius ludificationem dæmonum, corpus ligantes, ante Missam illud se pelierunt.

C A P V T XII.

Eodem tempore, quo Henricus Imperator sub. *De morte* iugavit sibi Siciliam, in ecclesia * Palernensi Giber. *Giber.* quidam erat Decanus, natione, ut puto, Teuthonicus: hic cum die quadam suum, qui optimus erat, perdidisset palefredum, seruum suum ad diuersa loca misit ad inuestigandum illum: cui homo senex occurrens, ait; Quo vadis, aut quid queris? Dicente illo; Equum domini mei quero: subiunxit homo: Ego nesciui ubi sit. Et ubi est, inquit; Respedit, In monte Giber; ibi eum habet dominus meus rex Arcturus: Idem mons

Y y 2 flam.